



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**

**Parisiis, M.D.LXXV.**

De Dei ac mundi pollicitationibus. 97.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

## S A C R A

sistrum, vel quiduis aliud ludicri  
 abstulerit, molestè id ferunt, ani-  
 mo anguntur, se lacerāt, calcibus  
 pauimentum pulsant. Itidem gē-  
 tiles, cū diabolū omnia, & patri-  
 moniū, & quæ ad vitā necessaria  
 sunt, surripientē videant, tanquā  
 ad amicum obuiam proficiscun-  
 tur. Verūm si quis possessiones,  
 diuitias, & alia eiusmodi auferat,  
 lamentantur, & se lacerant. Huc  
 etiam facit quod Bernardus hæc  
 verba Cain exponens, Quicun-  
 que me inuenerit, interficiet me,  
 reprobos corporis vulnera gra-  
 uiora semper quàm animi existi-  
 mare solere ait.

---

 De Dei ac mundi pollicita-  
 tionibus.

97.

*V<sup>T</sup> mundus, sic sunt mundi promissa: quod ipse  
 Promittit, fictum est, fictus ut ipse quoque est.*

*Vt Deus est, sic sunt bona quae promittit, et offert.*

*Certus vt est, certas sic dare nouit opes.*

*Quam nos laui igitur! certo non fidimus: illi  
Fidimus at contra, et em dare verba iuuat:  
Sic sumus huic similes, quem spe deludit inani  
Perdix, dum pulis consulit ipsa suis.*

## SCHOLIA.

*Vt mundus*) Mundi promissa, inquit Augustinus, semper fallunt. *De ver. Apost. serm. 23*

Dei autem promissa nunquam fallunt. Sed quia mundus, quod pollicetur, hic videtur daturus, id est, in hac terra morientium, in qua nunc sumus, Deus autem, quod pollicetur, in terra viuentium nobis daturus est, multi fatigantur expectare veracem, & non erubuerunt amare mendacem.

De talibus dicit Scriptura, *Vae Eccles. 2.* his qui perdidērunt sustententiam.

*Sic sumus*) Vidi, inquit Basilius, *Hom. de Baptis.* auis astutem miram artem. Cum pullos suos adhuc ob debilitatem praedae periculo expositos videt,

## S A C R A

ipsa se aucupi ante illos, ut præ-  
 dæ parata, offert, ita se vertens,  
 ac gestus dispensans, ut nec pe-  
 riculo penitus aut manibus se  
 præbeat, neque item insidiant  
 spem omnino eripiat. Sic itaque  
 illum inter utrumque versando,  
 occupando, in se retinendo, spatio  
 dat pullis comode fugiendi: atque  
 ita denique ipsa euolat. Caue igitur,  
 ne tibi quoque, idem quod au-  
 cupi, usu veniat, nimirum certa pro-  
 incertis relinquens, ac spem firmam  
 vana commutans. Hæc ille, de per-  
 dice loquens, cui eiusmodi tech-  
 nam Aristoteles in libris de Hi-  
 stor. Anim. ascribit.

De pestifera impiorum in sa-  
 lutis negotio socordia.

98.

**Q**uo premitur somno lethargicus, excutit illum  
 Si soboles, agrè fert pater, atque gemit.  
 Sic toties, Vigilate, Deus cum clamet in aures,